

errare sapientes indicant, ignorantiae meae veniam impetiant.

## CAPUT XII.

Quando, & quibus ministri dispensare sacramenta tenentur.

I. Omnes Sacerdotes curam animarum habentes, divino iure administrare sacramenta tenentur suis parochianis: pastor quippe alere gregem suam debet. Concilium Tridentinum *sess. xxiii. cap. 1.* debitum exponit his verbis: *Præcepto divino mandatum est omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas cognoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq; divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera munia pastor alii incumbere.* Neque tantum rogati ex iustitia administrare adstringuntur Parochi; verum etiam ipsi sepe inquirere debent, num oves sacramentis indigeant. Pastorum quippe est invigilare super ovium necessitatibus, & indigentis. Ministrare sacramenta debent & in gravi necessitatis periculo, & extra necessitatem, quoties rationabiliter ea postulant parochiani; ut communiter docent omnes. Unus illud contraxit animarum curam, dum officium suscepit. Et non modo sacramenta ministrare, verum etiam iustruere, illuminare, solari oves suas debent evangelici pastores.

II. Saluberrimum est momentum quod *Act. part. iv. exhibit S. Carolus Borromæus. Quæcumque vero diei, vel noctis hora ad sacramenta infirmis ministranda Parochus vocabitur; eum præcipuum eius munus, cuius causa a religioso populo separatur, ab Ecclesiaque sustentatur, præter cetera, eorum administratio sit.* Nullam tam sanctis pietatis officii moram interponit; immo populum sepe numero, prope accessu iuleris, accurate promovebit; ut cum opus est parochiali administratione, atque officio, quamprimum, & libere se offerat, nulla habita neque temporis, neque loci distantia, neque alterius cuiusvisque incommodi ratione. Dum vero accedetur, subdit sanctus Archiepiscopus, tantum abesse debet ut verbis, vel vultu, vel alio signo ostendat de gravate iurum, quia portus illius cui ministrare debet, salutis desiderio de accensum patrem præbens, verborum benignitate, vulgare hilari, caritatem paternam significante, & libentissime, & ut potest celerissime accedat.

III. Quare peccant Parochi, superioresque omnes qui se morosos, aegros, amatos, difficileque subditis præbent in iis præstantis quæ ex officio porrigere debent. *Ve illis qui hirsuto vultu, qui fronte contracta & caperata, aliisque signis subditos absterrent, reiciunt, contristant.* Tum enim ad petenda necessaria, & congrua animarum subsidia accedere subditi non audent. Quapropter absurda quæ hinc consequuntur, in superiorum animam recidunt. Pastorum, & superioribus omnibus quibus animarum concreta cura est, vultus hilaritate, verborum suavitate, & comi tractatione ut alliciant sibi oves suas, curandum est. Huc illo rationem officium pertinet. Adversus debitum istud plus minusve peccare possunt iuxta temporum, necessitatum, & subditorum diversitatem.

IV. Animarum Pastores, & curatores omnes tempore pestis attingitur cum vite periculo sacramenta ministrare subditis suis, modo contagio infectis; ut Patres omnes docent, dum explicant oraculum Christi *Io. x. Bonus pastor animam suam dat pro omnibus suis.* Id similiter prætare ex iustitia tenentur, dum parochiani in extrema necessitate versantur. Quare non pastores, sed mercenarii illi sunt qui tempore pestis fugiunt; nisi de Episcopi consilio id faciant, idoneoque ministris subditi. Veri pastores, non que sua sunt, sed que ad gregis salutem pertinent, quaerunt. Omnes curam animarum habentes serio meditentur divanæ increpationem quam adversus eiusmodi pastores Propheta *Ezechiel cap. xxiv. describit. Ve pastoribus Israel qui pascebant semetipsos: nome greges a pastoribus pascentur? Lac comedebatis, & lanis operiebimini; & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod aegrum, non sanastis; quod confractum est, non alligastis; & quod abiectum est, non reduxistis; & quod perierat, non quaesistis; sed cum austeritate increpabatis eis, & cum potentia. Et dispersa sunt oves meae, eo quod non esset pastor. Et facta sunt in decorationem omnium bestiarum agri, & dispersa sunt ... Propterea pastores audite verbum Domini ... Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascent gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos.*

V. Hoc pabulum limitant Probabilistarum non pauci ad duo sacramenta necessitates, baptismum nempe, & poenitentiam. Sed re-

lit.

strictio iniusta est. Ex iustitia quippe vitium, & extremam inveniorem ministrare astringuntur, ut ego quidem arbitror; quia utrumque hoc sacramentum divino præcepto suscipiendum iubetur; ut infra cum de his sacramentis sermo erit, declarabitur.

VI. Non modo pestis, verum etiam perfectionis militaris tempore commorari Pastores debent cum ovibus suis, vel in talem locum se recipere, ex quo succurrere illis facile queant. Si omnes parochiani fugerint, omittit eisdem Pastores possent. Ineumbit utique ipsis Ecclesiar, & sacrorum valorum custodia; sed hæc, nempe calices, pixides, olea sacra, & cetera secum asportare valent; & sacras hostias consumere, etiam non ieiuni, si timeant hæc surripienda, & male tractanda a militibus. Fugere Pastores non debent, dum oppidum obsessum capitur armata manu: quia vix contingere potest ne plures parochiani extreme indigeant.

VII. Deficientibus tempore pestis Parochis, Sacerdotes privati tenentur etiam cum proprie vite periculo sacramenta ministrare extreme egentibus, & communitati peste laboranti assilire. Bonum enim commune præferendum privato est. Circumstantia tamen spectande sunt.

VIII. Sacerdotes ordinum mendicantium potissimum, deficientibus Parochis tenentur vi proprii instituti, & caritatis præcepto sacramenta ministrare peste laborantibus. Sunt quippe Episcoporum, ac Parochorum *cooperatores, & laborum suorum participes*, inquit *Clemens V. in Bulla Dudum de sepulchris.* Illi præ requisitis Sacerdotibus ad id astringuntur, quod huc pertinet eorumdem institutum, & quod populorum oblationibus, & elemosynis vivant. Ideo enim civitates, & oppida mendicantes Fratres ad se vocantur, Conventus, & Ecclesias illidem edificaverunt, elemosynas in dies offerunt, ut auxiliariis copiis tempore spiritualis belli promptas habeant. Quando itaque contagium in civitate, in oppidis grassatur, & animarum curatores hand iusticiunt, prætare subsidia necessaria caritatis præcepto Regulares mendicantes tenentur, cum illorum professio animarum salutem spectet. Nec ipsi tunc fugere licite possunt; sed Prælati iubenti ut pesse infectis sacramenta ministrant, obedire debent. Immo ipsi Religiosi vitam contemplativam profitentes, si necessitas urgeat, & desint alii Sacerdotes, succurrere proximo extreme laboranti astringuntur. Quandoquidem vite contemplativæ professio non eximit ab

observantia legis naturalis, quæ iubet ut proximo extrema necessitate preffo auxilium pro viribus conferatur.

IX. Quærit. *I. Licite ne administrari sacramenta indigno volunt?* Resp. Negant omnes; cum sit expressum Christi Domini mandatum, id vetans *Matth. vii. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Sacerdotes enim sunt dispensatores sacramentorum: ergo fideles sint necessum est. Fideles autem, prudentesque minime essent, si indignis profananda sacramenta porrigeret. Nec satis illis est non ministrare eadem indignis; sed id prætare debent, ut prudenter presumere possint esse dignos qui ad sacramenta suscipienda accedunt; ita ut pro sacramentorum diversitate maiorem ad minorem diligentiam adhibeant. In sacramento poenitentiae, in cuius administratione iudicis personam sustinet sacri ministri, exactior habenda notitia est de poenitentis dispositione. Similiter promovendum ad sacros ordines, cum sacramentum istud bonum commune spectet, mores, & indolem investigare Episcopi debent.

X. Quærit. *II. Administranda ne sacramenta sunt peccatori occulto, vel publico?* Resp. Peccatori occulto publice petenti sacramenta deneganda non sunt; sicut Christus Dominus Iude sanctissimum Eucharistiam non negavit, sed præbuit, ne eum diffamaret. Divini magistri exemplum imitandum omnibus est. Peccatori sacramenta sunt, nisi sufficientia dederit poenitentiae sincere argumenta.

XI. Heinc peccatoribus publicis neganda sacramenta sunt, five publice, five occulte petentibus; tum ne sacramenta indignis porrigantur; tum ut evitentur publicum scandalum. Ita docent Patres omnes. Crimen publicum dicitur ad iure, aut factu seu fama, ut alibi explicatum est. Deneganda ergo sacramenta sunt omnibus comicis, tragædis, mulierculis cantatricibus, plautis, saltantibus in theatris, publicis concubinariis, feneratoribus, adulteris, ceterisque id genus.

XII. P. *Claudius La-Croix Lib. VI. part. 1. num. 138. contendit, doctrinam hanc veram esse ordinariæ; secus, si mortis metus immineret.* Tum enim cum P. *Gobius Tom. I. num. 273. Dicalillo num. 292. Sporer num. 188. Elocbar num. 357. & aliis ministranda sacramenta ait, nisi petantur in odium fidei, vel contemptum religionis.* Quoniam, inquit, citati Auctores notant, præceptum non ministrandi sacramenta indignis non esse pure

pore negativum, sed resolvi in affirmativum prouident, & fideliter dispensant. Peregrine. Prudens ergo studium consulendi prolix vite prelibit tradere sacramenta publicis peccatoribus, qui armata manu togulum petunt Sacerdotis, nisi ministri? Adfirmans ergo est preceptum illud Christi Domini, seu in affirmativum resolvitur, *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos?* Prudentes, & pro tempore diuersitate administranda, aut neganda sunt sancta canibus, & porcis; Abominabiles enim porci, & canibus sunt scelesti homines, qui minis, & damnorum metu extorqueunt sacramenta audent. Sed audiamus argumentationem quam *P. La-Croix* nomine *Cobat, Sporer, & Esobar* obtrudit. Ad vitandam publicam infamiam peccatoris occultam, eidem petenti sacramentum ministrandum est. Ergo ad vitandam similem infamiam, aut mortem propriam, ministranda sacramenta sunt peccatoribus publicis. Nimirum sophistica est argutio istihac. Occultus peccator ius habet, ad publicam suam famam. Qui eam lederet, peccaret, scandalumque publicum ingereret. Idcirco ad hac crumina vitanda ministrandum est peccatori occulto publice petenti sacramentum. Sacerdos vero paratus infamiam, & mortem pati, ne publicis peccatoribus sancta mysteria prodant, virtutis heroicæ officium exercet, & fideles edificat. Primitis religionis nostræ saculis fideles dira tormenta, bonorum sacramenta, & mortem subsistant, prolium sacros codices, & vasa sacra moderant infidelibus. An non sunt infideli deteriores publici peccatores, qui scelerum iniquitate sedati, vi, & minis sacramenta sibi dari urgent? Non extorqueunt in odium fidei. Ad extorqueunt in contemptum sacramentorum. An sacramenta venerant dare nefarii homines, qui Sacerdotes Dei iniustitiam, & mortis metu cogant ad eadem ministranda? Quare falsa mihi videtur recensita opinio.

XIII. Quæst. III. *Licet ne simulare sacramentorum administrationem ob mortis metum?* Resp. Duplicem distinguunt simulationem: alteram formalem, que directe intendit aliam decipere; alteram materialem, que fit ob iustam causam, permittendo alterius deceptionem. Simulationem formalem omnes damnant, non modo in administratione sacramenti, sed in quocumque alio casu: est enim formale mendacium: quod siue fiat verbo, siue signis, & notibus, perinde est; damnodano animo fallendi fiat. De simulatione ma-

teriali disparantur olim *Casulius*; & *Ioannes Sanchez, Scildere*, & alii quos refert *Diana*; damnauit *Innocentius XI.* in hac propositione. *29. Urgens metus gravis est causa iusta sacramentorum administrationem simulandi.*

XIV. *P. Claudius La-Croix Lib. VI. part. 1. num. 153.* contendit, iuste damnatam fuisse laudatam propositionem: quia indefinita est, abstrahens a simulatione formali, vel materiali. Inquit enim: „Propositio relata, „fuit iuste damnabilis, hoc ipso quod dice- „ret simulationem administrationis esse licitam, loquendo indefinite de simulatione, „& abstrahendo a formali, vel materiali, „etiam ex circumstantiis vitiosa: unde unum „licere simulationem nobis certum est non „licere simulationem administrationis sacramenti formalem, & proprie dictam. An „autem damnatio extendi debeat ad simulationem materialem, colligi non potest ex „verbis decreti. Hinc diuidentur Auctores: „nam non debere ad eam extendi tenent „aliqui; e contra debere extendi iuste tenent *Gormaz*.“

XV. En quam verum sit, iuste distinctiuncula beneficio interdum eludi vim damnatæ alicuius thesis. Vel ipse *P. Viva* in trutinam in hanc proposuit. *num. 2.* fatetur, *Ioannem Sancium*, auctorem damnatæ thesis, de sola materiali simulatione loqui; immo de hac sola materiali simulatione disputatum fuisse asserit, & quidem vere, idem *P. Viva*. Formalem quippe simulationem, ut & ipse aduertit *num. 1.* omnes Catholici damnant. Fallium est quod scribit *P. La-Croix*, colligi non posse ex verbis decreti, damnationem extendi ad simulationem materialem: immo ex verbis decreti euidenter conitat, damnationem petere directe simulationem materialem. *Urgens metus gravis est causa &c.* Non ergo animus decipiendi, sed iustitia vitandi gravis damni imminentis causa est simulandi sacramentorum administrationem. Hanc vero metum a peccato purgare simulationem præstatam, contendeat *Sancius* cum aliis: & hoc in sensu damnata thesis est. Nullus quippe metus, ne quidem mortis, fat est ad excusandum a gravissimo crimine simulatore sacramentorum. Et quamquam in thesis non exprimitur metus mortis; tamen, quia est indefinita, omnem metum includit; idcirco illius contradictoria indefinitæ, & inuiserba vere est. Simulatio enim abusus est potestatis supernaturalis, quam Christus concessit, non ad simulandum, sed ad sanctificandas animas.

XVII.

XVI. Excitant communiter Auctores quum qui ex metu gravi iniusto contrahit matrimonium; quamvis nullum efficiat sacramentum; quoniam tunc deest tum materia, tum forma sacramenti, cum deest voluntarius consensus. Matrimonium autem ob metum gravem contractum, nullum est.

## CAPUT XIII.

De dispositione ex parte suscipientis sacramenti; & an a malis ministris peti administratio sacramentorum possit.

I. Solum homines viatores sunt sacramentorum capaces. Illorum alii adulti, alii ratione destituti, ut infantes, & amantes. In istis nulla requiritur dispositio ad suscipienda sacramenta quorum sunt capaces. Apti autem tunc infantes ad suscipiendum baptismum, confirmationem, & Eucharistiam. Olim enim infantibus post baptismum conferebatur confirmatio, & Eucharistia: quorum duorum administratio nunc suspensa illis est; & solum post rationis usum hæc duo sacramenta eis conferuntur. Valide quoque sacramentorum ordinis suscipiunt: quamvis peccaret minister illud conferens. Infantes ergo, & amantes baptizari valent absque ulla illorum dispositione; ut conitat ex perpetua Ecclesie praxi. Ad validam aliorum sacramentorum susceptionem precedere baptismum debet; cum sit ianna, & fundamentum aliorum sacramentorum: hoc quippe sacramentum efficiunt Christi membra. Heinc *Concilium Nicænum I. cap. xix.* definit, Clericos, invalide baptizatos, rebaptizandos esse, & iterum sacris ordinibus initiandos.

II. In adultis ratione utentibus ad validam sacramentorum susceptionem requiritur consensus aut formalis, aut virtualis, aut saltem interpretativus; ut communiter Theologi docent cum *S. Thoma*, qui *III. part. quæst. lxxvii. artic. 7.* inquit: *Ex parte baptizati requiritur voluntas, siue intentio suscipiendi sacramentum.* Excipitur Eucharistia, quæ consistit in re permanente extra ulam.

III. Quare falsam existimo *Cajetani*, & aliorum opinionem, qui sustinent, sat esse ut adulti rationis composites non habeant voluntatem contrariam, sed mere passive gerant. Requiritur enim positivus consensus: quoniam nullus adultus iustificacionem assequitur, nisi consentiat; ut definit *Concilium Tridentinum sess. vi. cap. vii.* ubi inquit: *Iustificatio est sanctificatio, & renova-*

*tio vite interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum.* In percipiendis baptismum, confirmationem, penitentiam, extrema unctione fat est ut adulti habeant intentionem interpretativam. Id patet ex constanti Ecclesie traditione. Morbo quippe repentino oppressis, & obmutecentibus ministrat Ecclesia baptismum, abfolutionem, extremam unctionem, quoties testimonio aliquo conitat quod eadem postularit. Hanc interpretativam intentionem non sufficere in ministro, supra ostensum est. Verum consensus, seu intentio recipientium fulsus explicabitur, dum de singulis sacramentis sermo erit. Morinus contendit, validum esse sacramentum ordinis inivitis administratum. Veram de hoc suo loco.

IV. Quæst. unic. *Licet ne petere sacramenta ministro indigno?* Resp. Indignum ministrum vocamus quem certo & sine ambiguitate scimus in peccato mortali versari, & quem neque ante administrationem, neque in ipsa administratione contritum ex indicis moraliter certis iudicamus. Nisi hæc notitia habeatur, bonum, & fidelem sacramentorum dispensatorem præsumere quemquam ministrum debemus. Improbos sacramenti ministrum aut est Sacerdos privatus, habens potestatem administrandi sacramenta, paratulus illa petentibus conferre; aut est Parochus, seu animarum curator, cui est officio incumbit sacramenta gregi suo præbere. Rursus facinorulus minister aut est aliqua iniusta censura, & excommunicatus non toleratus ab Ecclesia; aut toleratus. Non tolerati, sunt aut publice & nominatim excommunicati, & denunciati, ut definitum est in Concilio Constantiensi per extravagantem a Martino V. editam in eodem Concilio; aut publici percussores Clerici. Tolerati vero censentur qui nec sunt publice & nominatim excommunicati, nec notorii Clerici percussores. Tandem indigni ministri aut sunt hæretici, & schismatici; vel sunt intra Ecclesie suam, ut ceteri Catholici omnes. His postis.

V. Ad quætionem propositam respondeo, non licere extra necessitatem casum sacramenta petere a ministro nefario, seu peccati mortalis labe inquinato, & ut tali cognito, qui nec fit Parochus, nec ea ministrare paratus. Ratio obvia est: quia qui a tali ministro sacramenta petent, eidem offensiculo essent, & occasione peccandi præberet: quod fieri absque peccato nequit. E contrario licet petere sacramenta a suo Parochio, eiusque vices gerente, cui ex officio incumbit sacramenta.

ramenta gregi suo administrare; tamen illi illam in peccato mortali versari, nullo modo esse contritum: quoniam tum parochianus utitur iure suo, & peti rem bonam, quam sancte tradere Parochus, si velit, potest. Si tamen alius ministrus probus adesset, & ministrare paratus; tunc Christi caritas urgetur ut, misso facinoroso Parocho, ab illo sacramenta peteretur. Si vero ministri probi desint, tum a malis, & improbis ministris licite per sacramenta possunt, quemadmodum, urgente necessitate gravi, potest quis citra peccatum a generatore parati pecunias mutuo accipere: quia abique senore præbere illas usurarius potest.

VI. Sublato necessitatis casu, non licet petere, & accipere sacramenta ab hereticis, aut schismaticis, qui extra Ecclesiam suam degunt; ut docet S. Augustinus *Lib. I. de bapt. cont. Donat. cap. II.* ubi hæc habet. *Si quis, cum possit in ipsa Ecclesia accipere, per aliquam mentis perversitatem eligit in schismate baptizari, etiam postea venire ad Catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentum, quod alibi accipi potest; proculdubio perverfus, & iniquus est, & tanto perniciosus, quanto scientius. Ita enim non dubitat recte illi accipi, sicut non dubitat illi prodesse etiam quod alibi accipitur.*

VII. In casu extreme necessitatis, nempe in extremo morbo, sed tolerato, sufficit gravis necessitas, sed licitum est ab hereticis, & schismaticis ab Ecclesia præcisus petere duo summe necessitatis sacramenta, baptismum, & penitentiam. Id declaratum habetur in Concilio Tridentino *sess. xv. cap. vii.* ubi hæc statuta sunt. *In Ecclesia Dei semper custoditum fuit ut nulli sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes sacerdotes quolibet penitentem a quibusvis casibus, & rebus absolvere possunt. Diserte docet hæc veritatem S. Augustinus *Lib. II. de baptis. cont. Donat. cap. II.* inquit: *Si quem forte coegerit extrema necessitas, ubi Catholicum, per quem accipiat, non invenit, & in animo pace catholica custodita, per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit quod erat in ipsa catholica unitate accepturus, si statim etiam de hac vita migraverit, non eum nisi Catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum se catholice congregationi, etiam corporali presentia reddiderit, unde nunquam corde discesserat, non solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime, verissimeque laudamus: quia presentem Deum credidit cordi suo, ubi unitatem servabat, & sine sancti baptismi sacra-**

*ramento, quod, ubicumque invenit, non hominum, sed Dei esse cognovit, noluit ex hac vita migrare. Licet igitur a quocumque necessario Sacerdote, sive catholico, sive heretico, sive schismatico, sacramenta necessitatis sumere, qualia sunt baptismus, & penitentia, petere, & accipere: quoniam fidelis non est remedio necessario fraudandus ob ministrorum improbitatem.*

VIII. Merobius *Sum. Christ. III. Part. quæst. xvi.* docet, petenda esse præfata duo sacramenta ab heretico, & schismatico in extremo mortis articulo, dummodo scandalum abdit Catholicorum. Si enim, inquit, Catholici non temere crederent, suscipiuntem ab his ministris sacramenta, talem susceptionem approbare, & in auctoritatem illorum hæresim, & schisma adducere: tunc deberet is a baptismo, & schisma suscipiendi abstinere, & sæc saluti consilium per baptismum in voto, & per contritionem. Quod de adultis intelligendum videt, secus de infantibus: quia tunc scandalum esset tantum passivum. Scandali hypothesis difficultatim video. Nam Catholici sciunt, licitam petitionem, & validam collationem esse sacramentorum in mortis articulo a quocumque Sacerdote, illorum ergo scandalum esse parvialium. Si qui petit, suspectus antea de heresi fuerit, protellationem fidei catholice emittat, & sacramenta necessaria a quocumque suscipiat, ut unico summoque suo negotio consulat.

IX. Ut sacramenta licite petantur a ministro malo, sed tolerato, sufficit gravis necessitas, puta observantia præcepti communiendi in palchate; quando tamen nullus adit Sacerdos probus. Argumenta quæ contra hæcenus dicta obrudi solent, nempe scandalum, occasio peccandi, quæ præbet facinoroso ministro, cooperatio in eisdem peccatum, nullus sunt momenti; quoniam scandalum passivum est, nullamque peccandi occasionem præbet qui proprie saluti consilii, & quæ Dei sunt, a malo ministro petit. Tum solum peccaret qui peteret ab iniquo ministro sacramenta, quando nulla gravis ratio ad talem petitionem urgetur. Plures alia questionales quas movere non pauci solent, prætereo, cum non sit pretium operæ eadem dispicere.

## CAPUT XIV.

De caeremoniis sacramentorum, & de iis quæ sacramentalia dicuntur.

I. Polydorus Virgilius *Lib. VI. cap. II. de rer. invent.* Vocabulum caeremonie repetit a Care Hetruræ oppido, inquit: Sic Romanis placuit omnem divinum cultum caeremonias appellare a Caritibus Hetruræ populis: ii enim, capta urbe Roma a Senoibus Gallis, Sacra Romanorum, a Vestalibus invecta, perbenigne receperunt, usque eoque servarunt, dum patria a Camillo esset recuperata, sicut Livius demonstrat. Cuius beneficii Quirites memores postea ea omnia quæ ad religionem colendam pertinerent, caeremonias nuncuparunt: auctor est Valerius Maximus: quævis sint quæ eas a cærendo distat malini, hæcenus Polydorus. Secundæ opinioni subscribit Iidorus *Lib. VI. Etymolog. cap. III.*

II. Communitè caeremonia sic deservitur: actus exterius religionis in Dei honorem, divini cultus ornatum, sacramentorum dignitatem, & hominum utilitatem ordinatum. Usurpatur caeremonia pro iplo divino cultu, & sacramentis solet. Bellarmus *Lib. II. de Sacr. in gen. cap. XXIX.* in quinque genera caeremonias tribuit. Partitionem primam a fine, seu effectu repetit. Sic sacramenta ad sanctificandum sunt instituta; exorcismi ad pellendos demones, & plura alia ad ornatum, ut vestes, lumina, cerei &c. Alteram partitionem sumit ab effectivæ causæ, seu ab institutione. Et eiusmodi alia a natura proficiscuntur, ut calum prospicere, pedes tundere, manus attollere: alia a Deo cum in veteri, tum in novo testamento præscriptis: quædam ab Apostolis eorumque successibus; Tertiam divisionem a causâ formali derivat, quod aliquæ caeremonie sunt ipsæ divinus cultus, ut oratio, sacrificium, adoratio. Quartam accedit a causâ materiali, seu ab objecto, circa quod vendantur, ut exorcismi, infusationes, cinerum asperusiones, quæ circa personas exercentur. Ultimam partitionem ad accidentibus sumit: quod alia sint universalis, ut quadragesima; alia particularis, ut lotio pedum post baptismum.

III. Tametsi usurpatur caeremonie seu ritus pro cultu divino, & sacramentis solem: nihilominus iuxta communem acceptionem superaddite sacramentis sunt ab Apostolis, & ab Ecclesia, non ad gratiam producendam,

sed ad pios, quos indicavi, usus instituit. Quædam enim sacramenta præcedunt, & ad gratiam disponunt; quædam comitantur, & eam uberius explicant; quædam subsequuntur, & in eadem acceptione confirmant.

IV. In hæc sacras Ecclesie caeremonias debachati sunt Valdenles, Wiclefite, Lutherani, Calvinisti, & novatores omnes. Calvinus de more forensis, & infanliens *Lib. IV. Instit. cap. xv. §. 19.* adversus sacras Ecclesie caeremonias hæc blaterat. *Quod ad externum symbolum pertinet, utinam genuina Christi institutio valuisse, quantum par erat, ad cobibendum hominum auidiam. Quasi enim res esse contemptibilis, & ex Christi præcepto aqua baptizari, inventa est benedictio, vel potius incantatio, quæ veram aquæ consecrationem pollueret. Aditus postea cereus cum christi nomine: ex infusario vero sanam ad baptismum aperire visæ est. Et si autem me non lateat quam vana sit huius Farraginis origo; respicere tamen mihi, & piis omnibus fat est quidquid ad Christi institutum addere auti homines. Quam autem videret Satan stulta mundi crudelitate absque negotio fere inter ipsa Evangelii exordia receptas esse suas imposturas, ad æstus ludibria prorupit. Hinc spatum, & similes nuge palam ad baptismi probrum effreni licentia invecit. Rescribere interdum hominis istius deliria utile censio, ut pii lectores eo serventis colant sacras Ecclesie ritus, quo impotentius in eisdem Calvinus insanit. Inter ipsa Evangelii exordia invecitas caeremonias vel invitatus fatetur. Univerfa Christi Ecclesia perpetua traditione eisdem servavit, quin ex innumera sanctorum cuiusque sæculi Episcoporum multitudine ullus reclamaverit. Solus Calvinus post alios delatores adversus universam Ecclesiam oblatrare non erubescit. Debuisse publicam stultitiam notam reformidare. Mirum quod Christum Dominum non oburgaverit, propterea quod oculos exci ipso limierit, cum tanto odio ipsi ulum in baptismo exsecraret?*

V. Quæsi. I. Quænam sint responsa & utilitates sacrarum caeremoniarum? Resp. Concilium Tridentinum, proficitis novatorum erroribus, quam sint & commoda, & utiles, & ad fidelium pietatem ac devotionem ceteram aptæ sacre caeremonie, explicat *sess. XIII. cap. v.* his verbis. *Cum natura hominis ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad verum divinum meditationem subsistit; propterea pia mater Ecclesiæ ritus quosdam, ut scilicet quædam submissa voce, alia clariore in Missa pronuntiantur, instituit. Caeremonias item adhibuit, ut mysticas bene-*

ditionem, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa ex apostolica disciplina, & traditione, quo maiestas tanti Sacrificii commendaretur, & mentes fidelem per hac visibilia religionis & pietatis signa, ad verum altissimum quem in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarent.

VI. S. Thomas sacramenta ceremoniarum utilitatem, & plura spiritalia comoda principio repetit ab ipsa hominis natura, quae omnia sensuum ministerio operatur. Veteris testamenti ceremonias singulas exponit, mysticas significationes interpretatur tanta eruditionis copia, tanta arcanorum manifestatione, tanta perpicuitate singulis congruos significatus adhibet, ut ingenii portentum praefert, & caelesti luce per se persulum ostendat. Si haec legerent novatores praedicti positus, tam effrenata audacia forsitan non debaccharentur in eiusdem doctrinam, & majori in pretio illius haberent opera. Porro

1. 2. q. cii. art. 4. inquit, assignari ne ratio possit cur ceremoniae quae ad sacra pertinent, sint institutae: respondetur: *Dicendum, quod totus exterior cultus Dei ad hoc praecipue ordinatur, ut homines Deum in reverentia habeant. Flabet autem hoc humanus affectus, ut ea quae communia sunt, & non distincta ab aliis, minus reverentur, & ea vero quae habent aliquam excellentem discretionem ab aliis, magis admittuntur, & reverentur. Et inde etiam hominum consuetudo inolevit ut Reges, & Principes, quos oportet in reverentia haberi a subditis, & pretiosissimis vestibus ornentur, & etiam ampliores & pulcherrimas habitationes possideant. Et propter hoc oportuit ut aliqua specialia tempora, & specialia tabernaculum, & specialia vestia, & specialia ministri ad cultum Dei ordinarentur; ut per hoc animi hominum ad maiorem Dei reverentiam adducerentur.*

VII. Quod militare valent novatores adversus haec rationis congruentiam, quae hominis naturam spectat in quocumque statu? Pro statum autem diversitate evincit Anglicus mutandas aptandasque ceremonias. Porro q. ciii. art. 3. demonstrat, post Christi adventum diversas ab antiquis institui ceremonias debuisse, sicuti diversus praescriptus cultus Dei est. Omnia praecipua ceremonialia, inquit, veteris legis ad cultum Dei sunt ordinata, ut supra dictum est. Exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui, qui consistit in fide, spe, & caritate. Unde secundum diversitatem interioris cultus debuit diversificari exterior cultus. Potest autem triplex status distinguere interioris cultus. Unus

quidem, secundum quem habetur fides, & spes de bonis caelestibus, & de his per quae in caelestia introducantur, de utriusque quidem, sicut de quibusdam futuris, & talis fuit status fidei, & spei in veteri lege. Alius autem est status interioris cultus, in quo habetur fides, & spes de caelestibus bonis, sicut de quibusdam futuris; sed de his, per quae introducuntur in caelestia, sicut de presentibus, vel praeteritis: & iste est status novae legis. Tertius autem status est in quo utraque habetur ut praesentia, & nihil creditur ut absens, neque speratur ut futurum: & iste est status beatorum. Pari igitur ratione ceremoniae primi status, per quas figurabatur & secundus, & tertius, veniente secundo statu, cessare deberent, & aliae ceremoniae induci, quae convenienter statui cultus divini pro tempore illo in quo bona caelestia sunt futura. Beneficia autem Dei per quae ad caelestia introducuntur, sunt praesentia.

VIII. Est ne aliquid quod in hoc solidissimo ratiocinio carpere novatorum morositas audeat? Pluribus ceremoniis distinguendum suum Deus in veteri lege iussit, sic hominis natura postulante: eadem autem in utraque lege natura humana, sed cultus exterior diversus est in nova, ac in veteri lege: idcirco diversae quoque sint ceremoniae oportet. Pergit ibidem Anglicus ad 4. exponere ceremonias novae legis quae antiquis successerunt. Sublatum, inquit, quod significabat primam creationem, mutatur in diem dominicum, in quo commemoratur nova creatura inchoata in resurrectione Christi. Et similiter aliis solemnitatibus veteris legis novae solemnitates succedunt: quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis concessa per Christum. Unde festo Pasche succedit festum paschalis Christi, & resurrectionis: festo Pentecostes, in quo fuit data lex veteris, succedit festum Pentecostes, in quo fuit data lex spiritus vite: festo Nativitatis succedit festum Beatae Virginis, in qua primo apparuit Illuminatio Salis, id est Christi, per copiam gratiae: festo tabernaculorum succedit festum Apostolorum, & Confessorum: festo tabernaculorum succedit festum consecrationis Ecclesiae: festo castus, atque collectae succedit festum Angelorum, vel etiam festum omnium Sanctorum.

IX. Tandem Anglicus praefocavit novatorum clamores contra multitudinem ceremoniarum Romanae Ecclesiae. Nam quae c. vii. art. 4. ostendit longe pauciores esse praeter antiquas novae legis ritus. Ad plures, inquit, actus exteriores obligabit lex veteris in multiplicibus ceremoniis quam lex nova, quae pra-

praeter praecpta legis naturae paucissima superadditi in doctrina Christi, & Apostolorum: licet aliquis sit postmodum superaddita ex institutione sanctorum Patrum; in quibus etiam Augustinus dicit, esse moderationem attendendam, ne conversatio fidelium onerosa reddatur. Dicit enim ad inquisitiones Ianuarii (epistolae. c. xix. nunc lv.) de quibusdam, quod ipsam religionem nostram, quam in manifestissimis, & paucissimis celebrationum sacramentis Dei voluit misericordia esse liberam, servilibus premunt operibus; adeo ut tolerantior sit conditio Iudeorum, qui legalibus sacrificiis, non humanis presumptionibus subiciuntur. Heine colligant novatores, immo derant ceremoniarum usum in hanc aut illam Ecclesiam particularem aliquando inventum, sanctos Ecclesiae Patres, & graviores cuiusque saeculi Romanae Ecclesiae Doctores improbase.

X. Quae II. Positur ne Ecclesia auctoritate sacrae vires praescribendi? Resp. Adfirmant Catholici omnes, idque plurimis evincunt argumentis. Et principio minoris potestatis non est Christi Ecclesia quam Iudaeorum synagoga. Haec ritibus a Deo praescriptis novos addidit, ut patet ex cap. ix. Esther, ubi legitur novum institutum festum; & Genes. xviii. ubi Iacob novam ceremoniam invenit. Quidni praeterea idem poterit Christi Ecclesia? Sed praescribit re ipsa: nam & Apostoli novum ritum praescribere in absentia a sanguine, & Iustificato, Gentilibus ad fidem convertis imposita; & Paulus Apollolus I. Cor. cap. xi. ritum servandum in sacramenti eucharistiae administratione praescripsit his verbis: *Cetera autem, cum venero, disponam.* Quae verba exponens S. Augustinus epistolae cxviii. nunc liv. ad Ianuarii institutas asserit ceremonias, ab universa Ecclesia servandas.

XI. Non Augustinus modo, sed antiquiores etiam Scriptores Iustinus, Tertullianus, Cyrillus Hierosolymitanus hanc in Ecclesia potestatem agnoscunt. Ut a baptismo ingrediuntur (inquit Tertullianus Lib. de coron. milit. cap. iii.) aquam adiunt, ibidem, sed & aliquando prius in Ecclesia sub apostoli manu consecratur, nos remittit diabolo, & pontis, & angelis eius. Dehinc ter mergitur, amplius aliquid respondentes quam Dominus in Evangelio determinavit: in die suscipi lacris & mellis concordiam praestamus; ex quo ea die, lavacro quotidianum pro totam hebdomadam abstinemus. Eucharistiae sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis Conc. Theol. Tom. VIII.

catibus, nec de aliorum manu, quam Praesidentium sumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitii annua die facimus. Ieiunium dominicae die nefas ducimus, vel de gentilibus adorare. Eadem immunitate a die Pasche in Pentecostem usque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram amissum patimur. Ad omnem progressum, atque promotionem, ad omnem aditum, & exitum, ad calcium, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quocumque nos conversatio exeret, frontem crucis signaculo terimus. Harum, & aliarum huiusmodi disciplinarum si legem exposules Scripturarum, nullam invenies: traditio tibi praetenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix. Aliqui horum rituum quos Tertullianus recenserat, iam multis saeculis obsolescere; alii etiam tunc sunt in usu. Quid ergo blaterant Lutherani, & Calviniani, nihil, nisi quod Christus Dominus praescripsit, addendum esse? Sed, missis illorum crocibibus, audienda est Ecclesiae vox in Concilio Tridentino sess. xxi. cap. xi. ubi declarat, hanc praesertim perpetuo in Ecclesia fuisse, ac in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret quae suscipiuntur visitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, et temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. Plurima alia referre documenta omitto: nam res explorata est & compta, quam vel ipsi novatores inficari prolixius non audent; cum & ipsi aliquas admittant ceremonias quas Christus non determinavit. Sed illis fit est ea omnia exsecrari quae Romana Ecclesia a primis usque saeculis instituta observat.

XII. Quae III. Sacrae ceremoniae ab Ecclesia praescribuntur ne symbolicas & mysticas significationem? Resp. Claudius de Ver. Monachus Cluniacensis ob ministorum commodum, & Ecclesiarum consuetudinem institutas vult, non ob mysticam significationem sacras ceremonias. Excusare illum ab hoc errore nititur Turnely; sed immerito contendunt alii, advertentes praefatum de Ver. ad summum agnoscere in sacris ceremoniis symbolicas rationes quae ipsarum institutionem sint consecrate: sed eas primitivas institutas fuisse ob solam naturalem causam, solumque ad ministorum commodum habito respectu. Vera autem sententia docet, Ecclesiam in primaria institutione sacrorum rituum spiritualium significationem intendisse. Heine est quod novatores superfluitatis argunt has sacras ceremonias, cum sciant Ecclesiam Romanam mysticas significationes in easdem

eidem venerari. Quod ineptum commentum ut reſiciant Catholici, nequam ad rerum naturalium ſeriem depravant ſacros ritus; ſed myſteria que in iſdem latent, pateſcunt.

II. Ut ut tamen de hoc diſſidio res ſeſe habeat, illud certum eſt, Eccleſiam imprimis ſymbolica, & myſtica in ſacramentum inſtitutione, que ad pietatem & devotionem ciendam plurimum valet, ſpe-ſaſſe. Nec propterea improbantur que ad eruditionem, & hiſtoriam harum ceremoniarum originem adducuntur; ſed hæc illis ſubſidiana ſunt.

XIV. Qui ſymbolicas, & myſticas veteris legis rituum ſignificationes ſcire cepit, legat S. Thomam *loc. cit.* ubi, ut iam indicavi, eas incredibili eruditione exponit. Sacrificia que Abraham, Iacob, alique ſancti Patriarchæ obtulerunt Deo, præter ſenſibiles victimas myſteria continebant. Lapidem in titulum olei olei erexit, oleum effundens deſuper: quæ olei effuſio ſpiritualis pinguedinis argumentum eſt, inquit S. Auguſtinus *Lib. XI. cap. xxxiii. de Civ. Dei*. David *Psalm. xlii.* in olei unctione plenitudinem gratiæ Chriſti Domini propheticè aſſiſta prædixit. *Dixiſti inſiſtiam, eſiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Porro quod excellenter eſt Chriſti lex, eo altiora in eidem ritibus myſteria latent. Exortuſi in baſiſim administratione, inſuflatio, falſis deſuſtatio, diabolo eiuſque pompis adſrenuatiatio Chriſti Domini mortem, & ſepulchrum, novam vitam in ipſo habendam, mundi contemptum porrendum; ut S. Paulus *Rom. vi.* indicat. *An ignoratis quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulchram ſumus cum ipſo per baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus.* Purgaverit tuſ terram odorem, qui ex ſubterraneis locis, ubi Chriſtiani perſecutionis tempore ſacra myſteria celebrabant, & luminaria tenebras diſſipaverint. Quid heinæ? An propterea incenſum non eſt orationis ſymbolum, & luminaria argumentum lætitiæ; altare, Dei thronum, & candidus byſus iuſtificationis gratiam figurant. Sed non eſt præſentis intuitu ſingula dipicere, nec eſt abolute neceſſaria; cum res comperta ſit & explorata.

XV. Quæſt. IV. *Obſervandæ ne ſunt ſacra ceremoniæ ab Eccleſia præſcriptæ?* Reſp. Quæſtionem hanc reſolvit Concilium Tridentinum *ſeſſ. viii. can. xliii.* his verbis. *Si quis*

*dixerit, receptos, & approbatos Eccleſiæ catholicæ ritus, in ſolemni ſacramentorum administratione adhiberi conſuetos, aut contenti, aut ſine peccato a miniſtris pro libro omitti, aut in novos alios per quemcumque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe; anathema ſit.* Plura adduci rationum momenta in huius definitionis æquitatem ſolent, que paucis ego præliſingam. Quam grave fuerit ſcelus in veteri lege ceremonias ſacras violare, repentina Oræ mors pateſcit. Cum autem ſanctiora ſint Chriſtianiæ religionis myſteria; qui iſtorum ritus violat, aut contemnit, a ſcelere immuni eſſe nequit. Innumera aſſeri exempla poſſent, quibus palam ſit Eccleſiam gravi culpe fontes ſemper iudiciale receptorum ubique rituum tranſgreſſores. Nonne ſemper Eccleſia improbat Aſiaticos. Nonne ſemper todecimanis hæreticis accenſit, propterea quod ſacrum Paſcha contra univerſum Orthodoxorum ritum cum Iudeis luna 14. in quacumque hebdomadæ diem incideret, celebrare audent? Tandem ſumma Eccleſia prædita poteſtate eſt in iis præſcribendis, que cultus divini celebrationem ſpeſtant. Hæc Eccleſiam poteſtate ornatam eſſe, palam fecit Tom. VI. Quid quod vel ipſi novatores hanc veritatem ſateri cogunt? Nam in Confeſſione Auguſtana reformata an. 1540. art. 15. de ceremoniis deſinitur. *Sed illi peccant qui eas (ceremonias) cum ſcandalo violant, aut qui ſuarum Eccleſiarum tranquillitatem temere perturbant.* Calvinus ipſe *Lib. IV. Inſt. cap. x. §. 30.* nunc probat, nunc improbat ſacros ritus: nunc aſſerit a Deo eſſe præſcriptos, nunc ſubdit, Deum regulas generales duntaxat tradiſſe, quas pro temporum opportunitate determinare Eccleſia debet. Lutet eiſdem tranſcribere verba. *Dei eſt, quatenus pars eſt decoris illius, cultus cura, & obſervatio nobis per Apoſtolum commendatur; hominum autem, quatenus ſpecialiter deſignant quod in genere fuerat indicatum, magis quam expoſitum. Ab hoc uno exemplo (in penultima prædicatione) eſt hæc uno exemplo habentur prædicationes) eſt inſtare licet quid de toto hoc genere ſit ſentendum: nempe quia Dominus & totum vere iuſtitia ſummam, & omnes cultus nominis ſui partes, & quicquid ad ſalutem neceſſarium erat, ſacris ſuis oculis tunc fideliter complexus eſt, tum perſpicue enarra- vit: in his ſolis magiſter eſt audiendus. Quia autem in externa diſciplina, & ceremoniis non voluit ſigillatim præſcribere quid legi debeamus (quod iſtud pendens a temporum conditione prævidetur, neque iudicari nam ſeculſ cultus omnium formam convenire conſuegit licet*

opor-

oportet ad generales quas dedit regulas, ut ad eas exigantur quæcumque ad ordinem & decorem præcipi Eccleſia poſtulat. Poſtremo quia nihil expreſſum tradiſit, quia nec ad ſalutem hæc neceſſaria ſunt, & pro moribus huicſcuſque gentis, ac ſæculi vario accommodari debent, ad Eccleſiæ adſcriptionem; prout Eccleſia utilitas requirit, tam uſtatas mutare, & abrogare, quam novas inſtituere, convenit. Paſtor equidem non temere, nec levibus de cauſis ad novationem eſſe decurrendum. Cur ergo ceremonias quas Romana ulurpat Eccleſia in ſacramentis adminiſtrandis, incantationes, nugas, impoſturas, cruſa Iudibria urbaniffime appellat? Cur ipſum temerario aut abrogare ceremonias illius Eccleſiæ in qua regentis ſuit, non puduit? Si Deus generatim duntaxat, quæ ad ſuum ætatem cultum, præſcripſit, & Eccleſiæ facultatem fecit ea addere, mutare, innovare que conſentanea pro temporum opportunitate iudicaverit: cur impudentiffime adverſus ſacras illas ceremonias, inter ipſa Evange- lii exordia præſtiturus, inſanit, & furit? Sed quid diſtius immoror in novatorum deliris repellendis?

XVI. Sedulo ergo obſervandæ ſunt Eccleſiæ ceremoniæ in ſolemni ſacramentorum adminiſtratione; inquit Concilium Tridentinum. Quoniam neceſſitate urgente ſat eſt materia, & forme applicatio. Hinc patet quam fit immanis novatorum calumnia, qua blaterant, nos in ipſarum ceremoniarum uſu iuſtificationem, & gratiæ productionem collocare. Ipſi ſacramentis vim iuſtificandi tribuunt, & ſacras ceremonias ſolummodo ad ſacramentorum ſplendidiorem adminiſtrationem, ad maiorem dignitatem, & ad pietatem devotionemque fideliſum excitandam adhibemus. Eorundem neglectum, contemptum, & deliberatam tranſgreſſionem mortalem aſſerimus.

XVII. Adidimus, non cuiſcumque ceremoniæ violationem mortalem eſſe; ſed ſpe-ctandam dicimus ſacramentorum rituum qualitatem, & conditionem. Aliæ enim graves, ſplendide, & ſacramentum proximiores; ut in Miſſa veſtes, luminaria, oblatio hoſtiæ, elevatio calicis, & aliæ id genus, que omitti abſque gravi crimine nequeunt. Aliæ accidentales, ut ablutio manuſum, præces in ſacris veſtibis induendis; & aliæ huicſmodi, quarum omiſſio, ſublato contemptu, & ſcandalo, venialis duntaxat eſt; ut infra, dum de ſacrificio Miſſæ ſermo erit, clarius explicabitur.

XVIII. Obſticiant i. novatores. Chriſtus Dominus *Matth. xv.* hominum traditiones

improbat. *Sine cauſa autem voluit me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* Chriſtus enim ea docuit que ad illius cultum neceſſaria ſunt. Laqueos ergo animabus tendunt qui ritus multiplicat, quorum violatio mortalis. Quomobrem S. Auguſtinus *epiſt. cxiix.* nunc iv. conqueritur, multitudinem ceremoniarum graviorem eſſe Chriſtianorum quam Iudæorum conditionem. E contrario autem Deus Iudæos, tamquam pueros, ſignis ſenſibilibus erudit; nos vero, ut viros perfectos, interiori ſpiritu alit, & inſtruit; ut teſtatur Paulus ad Galat. *iv. Et nos, cum eſſemus parvuli, ſub elementis mundi eramus ſervientes.* Item Ioannes cap. *iv. Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu, & veritate. Nam & Pater teſtes quart qui adorant eum.*

XIX. Reſp. Mera hæc ſophiſmata ſunt; & quidem ineptiffima. Chriſtus deſtitit Phariſæorum traditiones, quod in illis ſummam conſtituerat religionis; quod plures va- nitas eſſent; quod cum divinis mandatis pugnarent; & tandem quod legem Dei negligerent; ut humanas ſervarent ceremonias; quemadmodum illis improperat Chriſtus *Matth. xxiii. Va vobis, Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimas mentham, & anethum, & clyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit ſacere, & illa non omittere.* Sacri Eccleſiæ catholice ritus nec vani, nec inutiles, ſed graves, utiles, & ad divini cultus decorem; fideliſumque pietatem excitandam opportuni ſunt. Generatim Chriſtus Dominus, ut Calvinus ipſe ſateretur, ea tradidit que ad Dei cultum pertinent; poteſtatem vero Eccleſiæ lux ſecit, quæ æſtillatim aditæret que temporum, & fidelium conditioni, & ſpirituali commodo congruerent. Prohibet Deus *Deuter. xii.* quidquam addere legi ſux, aut minuire, quod legem aditæret, & corrumperet, lecus quod eam explicet, quod intelligibiliorum hominum imbecillitati eſt, & venerabiliorum, dum id opus fuerit. Laqueos animabus in- tineret qui diſtinctionem legis obſervantiam eſſerit, eiuſque conſilia, ut præcepta, ſervanda imponeret. Quare S. Paulus laqueum fe animabus inticere exiſtimat, ſi virginitatem, ſub conſilio tantum poſitum, ſervandam præcepit. S. Auguſtinus *cit. ep. cxiix.* non univerſe Eccleſiæ, ſed privato- rum hominum ceremonias reicit. *Omnia, inquit, talia que neque ſanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur; nec in Conciliis Episcoporum ſtatuta invenuntur, nec conſue-*

E 2

iudi-

judine universæ Ecclesie roborata sunt; sed pro diversorum locorum diversis moribus immetabiliter variantur; ita vix ut omnino nunquam inveniri possint causas quas in eis instituentis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione rescandendo existimo. Iudæorum cultus potissimum in rebus sensibilibus, & figuris situs erat; at non propterea cultum interiorem excludebat. Contra cultus Christianorum cum primis spiritualis; & internus est; quo, figuris & umbris electis, in spiritu & veritate fideles Deum adorant; ut inquit Paulus, & Ioannes. Non ita tamen internus & spiritualis est, ut sacramenta sensibilia, & visibilia eorumdem administrationem excludat.

XX. Obiciant 2. Ritus Romanæ Ecclesie reliquos esse ethnica, & iudaica superstitionis; cum ab Iudæis, & Paganis derivati videantur. Resp. Hæc sunt familiares novatorum calumpniæ, quas prius Manichæi, & ceteri heretici illorum præcessores catholica Ecclesie impropèraverunt. *Solemnes gentium dies* (crocitabat Paulus Manichæus, referente Augustino Lib. XX. cap. xv. contra eundem) cum ipse celebratis, ut calendar, *solstitia* &c. Quare constat nos, etque Iudæos solstitia esse gentilium. Inepta commenta recessit ibidem Augustinus. Ritus & ceremonias, inapte natura indifferentes, ad saluorum numinum cultum Ethnici adhibebant. Ceremoniis abutebantur in sacrificiis demoniis immolatis. Christiani sacras ceremonias adhibent in administrandis sacramentis a Christo institutis. Ideo ne reicienda sacre ceremoniæ, quia aut Iudæi eas carnaliter, aut Pagani sacrilege adhibebant?



Numquid sacrificia Patriarcharum improbanda sunt, quia Ethnici similiter immolabant? An contentenda virginitas, quia Vestales virginitatem servabant? Baptisma Iudæi, & plures ablutiones adhibent Gentiles, & Turcæ. Ideo ne reiciendum baptisma? Panes propositionis in mensa apponebant Iudæi, & Gentiles sacras cenas habent, Pascha, & Pentecosten celebrant Iudæi. Cur novatores baptisma, sacram cenam, Pascha, & Pentecosten celebrant? Tempia Pagani habent, habentque. Destruenda ne propterea templa nostra, vero Deo dicata, quia illa dicata fuerunt demoniis? Superstitio duplici ex capite oriri potest: aut ex obiecto, dum cultus creaturæ exhibetur; aut ex pravis & obsecris actibus, & erroneis opinationibus, quibus religionis officia pollountur. Ex utroque capite Ethnicorum religio superstitione laborabat. Nos vero supremo veroque numini cultum offerimus, & puris sacrisque ritibus religionis officia peragimus. Neque confundendus est Iudæorum cultus cum Paganorum superstitione. Iudæorum ritus alii portendebant evangelicæ legis mysteria; & hi ritus cessarunt, quia, exorto veritatis Sole, umbra, & figura disperserunt. Alii devotionem fideliem, & decentem sacramentorum administrationem spectabant; ut vestes, thymamata, lumina, & cetera id genus. Hos ritus Ecclesia servat, quia non spiritu modo, sed corpore etiam colere Deum debemus. Legit S. Augustinus Lib. XX. contra Faustum cap. xxi. ubi omnia que nunc obtrudunt novatores, labefactata invenies. Et hæc de sacramentis in genere sufficiant.

## LIBER SECUNDUS

D E

## BAPTISMO, ET CONFIRMATIONE.

## DISSERTATIO PRIMA.

D E B A P T I S M O .

## P R Æ L O Q U I U M .



Eptem inter sacramenta que Christus instituit, principem locum, non dignitate, sed ordine, baptisma, cuius in presentia naturam, necessitatem, & effectus expositurus sum, occupat. Hic sacramentorum sanus, celestis regenerationis principium, vitæ christianæ fundamentum, & divine confederationis, qua & Deo, & mutuo copulamur, vinculum sacratissimum nuncupatur. Alius memoria commendanda sunt Apostoli verba, quibus tanti sacramenti præstantiam, & beneficia nobis declarat ad Rom. vi. inquit: *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. Unus Dominus, una fides, unum baptisma: unus Deus, & Pater omnium.* En paucis univerſæ christianæ professionis specimen, quod obverſari continenter oculis nostris debet, quod animarum Pastores, Confessarii, & ceteri Dei ministri altius inculcare, exponere, & quoad fieri potest, imprimere fidelium animis debent. Quare (inquit Catechismus Romanus Part. II. de baptismo. §. 1.) *Pastores nunquam se satis multam operam, & studium in huius sacramenti tractatione collocasse arbitrentur.* Si quilibet lux professionis imaginem perspectam habere, eundem o-mnera, obligationes, munia, dotes, & privilegia meditari debet, ut implere exacte eadem valeat; quanto magis Christiani in istius divine desponationis, qua se Deo dicant, dignitatem, castitatem, & præstantiam intendere animos attingantur, ut heinc intelligant quam sancta, quam perfecta, quam divina sit oportet illorum vita, quam casti illorum mores, quam celestis illorum conversatio. Maiores nostri, quos Deus ad illuminandam Ecclesiam suam constituit, hunc frequentissime trudebant clavum; & hoc professionis nostre exemplar referre ob oculos quam diligentissime satagebant. Mundo, diabolo, eiusque pompis in huius sacramenti inspectione nunquam remissimus. Quenam huiusce abrenuntiationis vis, & amplitudo? Quenam sunt pompæ illæ, quanam oblectamenta, quanam illecebræ, vanitates, & deliciae, quas divina hac abluti aqua detestati sumus? Ea sane omnia que Deo adversantur, que cum sanctitate pugnant, que reserti in gloriam Dei nequeunt. Numquid ad Dei gloriam dirigi spectaculorum, comediarum, theatrorum, chorrearum frequentia valet? Num ad gloriam Dei, & Iesu Christi dirigi hodiernæ muliercularum, & effeminatorum hominum pompæ vanissime, amores lustralentissimi, alloquia putidissima possunt? Dirigi ne in Dei gloriam queunt ludii, conversationes promiscuæ, otia, & mollis illa vivendi consuetudo que passim obtinet inter tot christiani nominis professores? Paulum audiamus, qui ad Ephes. v. clamat: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mandans lavacro aque in verbo vitæ, ut exhibe-*